

Certificazione Linguistica Competenze Lingua Latina – anno 2019

B1

In hoc loco explanatur quid auctor de recta interpretandi ratione sentiat.

1	Dico igitur omnem interpretationis vim in eo consistere, ut, quod in altera lingua scriptum sit, id in alteram recte traducatur. Recte autem id facere nemo potest qui non multam ac magnam habeat utriusque linguae peritiam, nec id quidem satis. Multi enim ad intelligendum idonei, ad explicandum tamen non idonei sunt. Quemadmodum de pictura multi recte iudicant qui ipsi pingere non valent, et musicam artem multi intelligunt qui ipsi sunt ad canendum inepti.
5	Magna res igitur ac difficilis est interpretatio recta. Primum enim notitia habenda est illius linguae de qua transfers, nec ea parva neque
10	vulgaris, sed magna et trita et accurata et multa ac diuturna philosophorum et oratorum et poetarum et ceterorum scriptorum omnium lectione quaesita. Nemo enim, qui hos omnes non legerit, evolverit, versarit undique atque tenuerit, vim significataque verborum intelligere potest, praesertim cum Aristoteles ipse et Plato summi, ut ita
15	dixerim, magistri litterarum fuerint ac usi sint elegantissimo scribendi genere veterum poetarum et oratorum et historicorum dictis sententiisque referto, et incidant frequenter tropi figuraeque loquendi quae aliud ex verbis, aliud ex consuetudine praeiudicata significant.

1. Si inseriscano negli spazi vuoti le 8 parole mancanti scegliendole fra quelle inserite in calce e declinandole o coniugandole opportunamente, (8X1 punti)

Ut interpretatio bona sit, mea sententia necesse est verba in alteram linguam sine vitiis transferri. Quicumque _____ illam de qua sumit et illam in quam tranferre vult penitus non scit, satis accurate _____ operis reddere non potest. Nam etiamsi bene intellegimus, pariter non semper in explicando periti sumus. Sunt qui non pingunt, sed picturae fundamenta intelligunt et non canunt sed musicam _____. Interpretis officium grave et onerosum est. Si quis de _____ sermone aliquid vertere vult, leviter illo imbutus esse non potest; ea lingua vero sibi plane et accurate cognoscenda est, summos scriptores in omni genere _____ diligenter perdiscendo. Oportet funditus auctores novisse et sibi eos penitus assumere, ne in verbis intelligendis fallatur, quod omnes _____ Aristotelem et Platonem maxima exempla elegantiae et amplitudinis _____ fuisse, receptis _____ et virtutibus variorum scribendi generum antiquitus.

- | | |
|---|--|
| a) Cognosco, -is, cognovi, cognitum, -ere | e) Lingua, -ae |
| b) Quidam, quaedam, quoddam | f) Scio, -is, scii/scivi, scitum, -ire |
| c) Vis, -- | g) Sententia, -ae |
| d) Dico, -is, dixi, dictum, -ere | h) Verbum. -i |

...../8

2. Nel contesto proposto che cosa significano le seguenti espressioni? (10 x 1 punti)

- 1) *non valent* r. 6
 - a. non valgono
 - b. non vale la pena
 - c. non hanno valore
 - d. non sono in grado

- 2) *magna* r. 8
 - a. impegnativa
 - b. grandiosa
 - c. ampia
 - d. diffusa

- 3) *notitia* r. 8
 - a. notizia
 - b. notifica
 - c. conoscenza
 - d. notorietà

- 4) *vulgaris* r. 9
 - a. volgare
 - b. rozza
 - c. generica
 - d. dialettale

- 5) *trita* r. 10
 - a. calpestata
 - b. mescolata
 - c. particolareggiata
 - d. banale

- 6) *lectione* r. 12
 - a. lettura
 - b. lezione
 - c. esempio
 - d. elogio

- 7) *evolverit* r. 13
 - a. abbia sfogliato
 - b. abbia evoluto
 - c. abbia rigirato
 - d. abbia desiderato

- 8) *vim* r. 13
- a. gravidanza
 - b. abbondanza
 - c. violenza
 - d. veridicità

- 9) *referto* r. 17
- a. nel referto
 - b. riferito
 - c. ricco
 - d. riportato

- 10) *ex verbis* r. 18
- a. alla lettera
 - b. in base ai verbi
 - c. secondo le parole
 - d. dalle parole

.../10

3. Si scelga la risposta corretta, nel rispetto del brano proposto (5x1 punti)

- 1) *Id* (r. 2) si riferisce a
- a. Il contenuto dell'opera originale
 - b. Il testo tradotto
 - c. La lingua originale
 - d. Il motivo per cui l'opera viene tradotta
- 2) *Utriusque linguae* (r. 3) fa riferimento a
- a. una sola lingua
 - b. la lingua di partenza
 - c. la lingua di partenza e quella di arrivo
 - d. la lingua di arrivo
- 3) *versarit* (r. 12) è un verbo
- a. indicativo perfetto attivo
 - b. indicativo presente attivo
 - c. indicativo futuro attivo
 - d. congiuntivo perfetto attivo
- 4) il complemento retto da *usi sint* (r. 13) è
- a. scribendi genere
 - b. dictis
 - c. dictis sentiisque
 - d. veterum
- 5) *veterum* (r. 13) è un aggettivo
- a. attributivo neutro nominativo

- b. sostantivato neutro accusativo
- c. attributivo maschile genitivo
- d. sostantivato maschile genitivo

.../5

4. Si individui il riassunto che meglio corrisponde al testo (1 x 4 punti)

1. L'autore sostiene che per tradurre efficacemente occorre competenza in entrambe le lingue ed inoltre una grande abilità e una lunga frequentazione dei testi scritti nella lingua di partenza, appartenenti ai diversi generi; non basta averli compresi, ma occorre farli propri.
2. L'autore sostiene che per tradurre efficacemente occorre aver capito che cosa il testo originale dice nelle sue linee generali e saperlo esprimere correttamente nella lingua in cui si vuole tradurre, dato che per esempio non è necessario saper cantare per poter dire di conoscere la musica.
3. L'autore sostiene che per tradurre efficacemente dal greco al latino bisogna aver letto tutte le opere di Aristotele e Platone, che sono un modello per poeti, oratori e storici e offrono quindi esempi di figure retoriche che abbelliscono lo stile.

.../4

5. Si trasformino le seguenti frasi ricavate dal testo, rispettando i suggerimenti forniti (4 x 2 punti)

- 1) Dico igitur omnem interpretationis vim in eo consistere, ut, quod in altera lingua scriptum sit, id in alteram recte traducatur

Dico igitur omnem interpretationis vim in eo consistere:

- 2) Quemadmodum de pictura multi recte iudicant qui ipsi pingere non valent et musicam artem multi intelligunt qui ipsi sunt ad canendum inepti.

Dico quemadmodum de pictura _____

- 3) Nemo [...] vim significataque verborum intelligere potest, praesertim cum Aristoteles ipse et Plato summi, ut ita dixerim, magistri litterarum fuerint ac usi sint elegantissimo scribendi genere.

Nemo [...] vim significataque verborum intelligere potest, praecipue quod Aristoteles

ipse et Plato summi, ut ita dixerim, _____

4) Nemo enim, qui hos omnes non legerit, evolverit, versarit undique atque tenuerit, vim significataque verborum intelligere potest

Nemo enim, si hos omnes non legerit, evolverit, versarit undique atque tenuerit, vim significataque verborum _____.

...../ 8

6. Si indichi se le seguenti affermazioni sono da considerarsi vere (V) o false (F) (5 x 1 punto)

- | | | |
|--|---|---|
| 1) Qui pingere non valet, ad picturam intelligendam idoneus non est | V | F |
| 2) Interpretatio recta consistit in peritia linguae de qua transfers | V | F |
| 3) Aristoteles et Plato elegantes scriptores fuerunt | V | F |
| 4) Boni interpretes philosophos et oratores legendo linguam peritissime discutunt | V | F |
| 5) In poetarum, oratorum et historicorum operibus tropi et figurae vim et significata verborum semper mutant | V | F |

...../5

TOTALE/40

La prova B finisce qui. I candidati per il livello B2 proseguono.

PROVA B 2

Si traduca il brano seguente (20 punti)

Auctor ostendit illa quae habere oportet interpretem, ut optime opus suum perficiat. Quoniam in optimo quoque scriptore (e quibus sunt exempli gratia Cicero et Livius) et doctrina et scribendi ornatus est, optimus interpres erit ille, qui peritissime auctores linguasque sciat et rhetorica arte imbutus figuram, ornatus et verba ipsa exemplaris servet.

1	Sit igitur prima interpretis cura linguam illam de qua sumit peritissime scire;
5	deinde linguam eam ad quam traducere vult sic teneat, ut quodammodo in ea dominetur et in sua totam habeat potestate, ut, cum verbum verbo reddendum fuerit, in Graeco non relinquat ob ignorantiam Latini sermonis; vim ac naturam verborum subtiliter norit. Consuetudinis vero figurarumque loquendi quibus optimi scriptores utuntur nequaquam sit ignarus; quos imitetur et ipse scribens, fugiatque et verborum et orationis novitatem praesertim ineptam et barbaram. Nam cum singulis fere scriptoribus sua quaedam ac propria sit dicendi figura, bonus quidem interpretis in singulis traducendis
10	ita se conformabit, ut singulorum figuram assequatur.
15	Itaque, sive de Cicerone traducet, facere non poterit quin comprehensiones illius magnas quidem et uberes et redundantes simili varietate et copia ad supremum usque ambitum deducat; sive de Sallustio transferet, necesse habebit de singulis paene verbis iudicium facere; sive de Livio traducet, facere non poterit quin illius dicendi figuram imitetur. Rapitur enim interpretis vi ipsa in genus dicendi illius de quo transfert. Haec est enim optima interpretandi ratio, si figura primae orationis quam optime conservetur, ut neque sensibus verba neque verbis ipsis nitor ornatusque deficiat.

Si risponda in latino alle seguenti domande sul brano (4 x 5 punti):

1) Quae cognitiones bono interpreti necessariae sunt?

2) Quid interpretis facere debet, cum ipse scribat?

3) Quod genus dicendi proprium Ciceronis describitur?

4) In qua re consistit optima interpretatio?

...../20

TOTALE/40